Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



227

in babilonem dani-
el qui est in lacu leo-
nis. Et dixit habacuc.
Domine babilonem
non vidi: et lacus ne-
scio. Et apprehendit
eum angelus dni in
vertice eius: et por-
rexit eum capillo capi-
tis sui: posuitq; eum
in babilone sup lacu
in impetu spiritus sui.
Et clamavit habacuc
dicens. Daniel serue
dei tolle prandium quod
misit tibi deus. Et ait
daniel. Recordatus es
mei dne deus meus
et non dereliquisti diligentes te. Surgensq;
daniel comedit. Porro angelus dni restitu-
it habacuc continuo in locum suum. Venit er-
go rex die septimo ut
lugeret danielem. Et
venit ad lacum: et in-
trospexit: et ecce dani-
el sedens in medio leo-
nis. Et exclamavit
rex voce magna dicens.
Magnus es domine
deus danielis. Et ex-
traxit eum de lacu. Por-
ro illos qui ponendos
eius causa fuerant in-
tromisit: et devorati
sunt in momento coram
eo. Tunc rex ait. Pa-
ventent habitantes in
universa terra dei dani-
elis: quia est liberator
et salvator faciens si-
gna et mirabilia in